

## P. Cornelius Scipio in Hispania

[15] Intereā ad Hispāniās, ubi occīsīs duōbus Scipiōnibus nullus Rōmānus dux erat, P. Cornelius Scipio mittitur, filius P. Scipiōnis, quī ibidem bellum gesserat, annōs natus quattuor et viginti, vir Rōmānōrum omnium et suā aetate et posteriore tempore ferē primus. Is Carthaginem Hispaniae capit, in quā omne aurum, argentum et bellī apparātum Āfrī habēbant, nobilissimōs quoque obsidēs, quōs ab Hispānīs acceperant. Magonem etiam, fratrem Hannibalis, ibidem capit, quem Rōmam cum aliīs mittit. Romae ingens laetitia post hunc nuntium fuit. Scipio Hispānōrumn obsides parentibus reddidit; quare omnēs ferē Hispāniae ūnō animo ad eum transierunt. Post quae Hasdrubalem, Hannibalis fratrem, victum fugat et praedam maximam capit.

fugo (1) to put to flight

gero, gerere, gessī, gestus - to manage, wage

nasco, nascī, natus sum - to be born

occīdo, occīdere, occīdī, occīsus - to kill, cut down

transeo, transire - to go over

vinco, vincere, vici, victus - to conquer

aetas, aetatis (f) age; period of time

animus, -i (m) mind

apparātus, -ūs (m) preparations

laetitia, -ae (f) joy

nuntius, -ii (m) message, messenger

praeda, -ae (f) booty

obsides - hostages

Intereā (adv.) meanwhile

ferē (adv.) nearly, almost

ibidem (adv.) in the same place

